



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Astutia quo casu vertatur in peccatum vel mortale vel veniale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

28 Astrorum obseruatio.

veritatem doctrinæ Christianæ, & liberi arbitrii quod
domini sumus nostrorum operum. Tertium est con-
tra dignitatem gratiæ diuinæ legis, ac humanæ men-
tis, qua super omnia corporalia sumus constituti. Et
sicut errare nos subiiciendo passionibus iræ. (odii,
spei, timoris, ita quod haberemus impetus passionum
pro lege: ita vilificamus nos, si inclinationes cœlorum
habemus pro lege: corpora enim sunt, & per modum
passionum inclinant nos. Si quis autem cœlestium
influxuum causas vt inclinatiuas ad ea quæ ex cor-
poribus pendet humana, suscipiat: nec errat, nec pec-
cat: ita quod ex consideratione astrorum timere, ca-
uere, audere, &c. aliquid quatenus ex corporibus pen-
det, nullum peccatum est, seruato moderamine con-
iecturæ, vt scilicet homo, non pro certo, sed cōiectu-
ra habeat quicquid ex cœlo dicitur circa humanas
actiones: non ex ratione, quia catenus scientia astro-
rum: sed quia non subiiciuntur actiones humanæ cœ-
lo, nisi per indirectam inclinationem, hoc est nisi pro
quanto pendet à corporibus. Secundum hæc igitur
iudicare potes eos, qui astrologorum iudicia sequun-
tur circa humana. De astrorum autem iudicis circa
corporales effectus (puta sanitatis, vel infirmitatis,
fertilitatis, vel sterilitatis, pluiiæ, vel siccitatis) nulla
est quæstio, quia hæc absq; peccato sūt: quoniã effe-
ctus queruntur, & reducuntur in suas causas naturales.

Astutia quo casu vertatur in pecca- tum vel mortale vel veniale.

Astutia (hoc est progressus per simulatas, dolosas,
ad fraudulentas vias ad effectum seu finem ali-
quem) est manifestè peccatum. Et iuxta subiectam
materiam inuenitur vel mortale, vel veniale pecca-
tum. si enim nociua est proximo, inter mortalia cō-
putatur, sicut & mendacium perniciosum, si autem
contra

contra charitatem non militat, sed officiosa tantum est, inter venialia computatur.

Auaritia diuersi mode consideranda.

Auaritia dupliciter sumitur. Vel ut opponitur iustitiæ, & sic significat iniustam voluntatem accipiendi seu retinendi alienum. & est manifestè peccatum mortale. Et iuxta hunc sensum, usurarios, fures, latrones, negotiatores, fraudulentos, &c. auaros dicimus. Vel ut contrariatur liberalitati: & sic significat inordinatum appetitum pecuniæ: & sic communiter est peccatum veniale. Iuxta hunc siquidem sensum auari vocantur tenaces, & parci in dando, de quibus dicitur, quòd auaro deest tam quod habet, quàm quod non habet. Et similiter qui tota die ac nocte in angustiis aut laboribus sunt, vt acquirant quibus non egent. Dico autem communiter, quia tantus posset esse affectus ad acquirendum aut retinendum, quòd esset peccatum mortale: puta si actualiter præponeret acquisitionem aut retentionem saluti animæ suæ, non curando propterea transgredi Dei aut Ecclesiæ præcepta. Simpliciter autem & absolutè non est peccatum mortale ex suo genere, quia non est contra, sed præter charitatem.

Audaces an & quare dicantur vitiosi.

Audacia nomen est passionis animalis, sicut & ira & timor. Et iuxta hunc sensum dicitur quòd fortitudo est circa timores & audacias. Sed translatum est audaciæ nomen ad vitium oppositum fortitudinis virtuti per excessum. Iuxta quem sensum audaces reprehendimus, qui scilicet immoderatè audient. Et si pura est, communiter est peccatum veniale, sicut immoderata iracundia & immoderatus timor, quia non contrariantur charitati, sed à recta exorbitant rationis regula.

Diuinitio